UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

hendere niſi perſonas,& eccleſias, q̃ dictę concordię
interuenerunt,ſeu conſenſerunt:ſed Abbas, & Capi-
tulum dictę eccleſię illi nō interfuit,nec intereſſe po
tuit, quia tunc tēporis dictū monaſterium nō erat in
ciuitate Rauennę, & bona dictę eccleſię ad dictū Ab
batē, & conuentū non pertinebant, ut probatū eſt in
proceſſu,ergo &c.Pręterea negatur,ꝙ hęc cōcordia,
& cōpoſitio fuerit à Papa cōfirmata ſiue in forma cō-
muni,ſiue in ſpeciali: & licet reperiatur quędā confir
matio per quoddam breue apoſtolicum , tamen illa
ad huiuſmodi cōcordiam nec ex uerbis generalibus,
nec ex ſpecialibus extenditur. Rurſus † huiuſmodi cō
firmatio eſt in forma communi,& non facta ex certa
ſcientia de uerbo ad uerbū , quia in tali confirmatio-
ne non fit de ea ſpecialis, & de uerbo ad uerbū men-
tio, prout fieri debebat ad hoc,ut ex certa ſcientia fa-
cta diceretur:ergo per huiuſmodi confirmationē ni-
hil dicitur additū,ſed ſolū id,quod erat,& quale erat,
& in terminis,in quibus reperiebatur, cenſebitur cō-
firmatum,nam qui ſic confirmat,nihil addit,ſed ſolū
id, ꝙ eſt, approbat, argumento l.hęredes palam. §.ſi
quid poſt.ff.de teſtam.& eorum, quę habētur in rub.
& in c.1.& per totum.extra de confir.utili,uel inutili.
& per Alex.in conſi.39.lib.4.& in conſi. 18. lib.6. qui
inter alia dicit, † ꝙ Papa per ſuam confirmationem
nunquam cenſetur uoluiſſe ualidare ſtatuta nulla , &
illa,quę ſunt ꝯ libertatem eccleſię, & per quę iuri al-
teri quęſito pręiudiciū fieret , & facit id, quod uoluit
Bal.in c.ueniens.col. penult. de iureiuran. & Abb. in
conſi.192. ex prędictis ergo infertur , quòd per illud
breue apoſtolicum non dicitur aliquod ius acquiſitū
dicto cōmuni,& hominibus Rauennæ ultra id,quod
in inſtrumento concordię cōtinebatur. Sed,ut ſupra
fuit probatū, ſub dicta concordia bona dictę eccleſię
ſancti Ioannis Euangeliſtę non ſunt cōprehenſa , er-
go &c.Pręterea ſub uerbis dicti breuis, & capituli per
Papā conceſſi cōmuni Rauennę caſus noſter non cō
prehēditur,nā,prout in capitulo, & breui cōtinetur,
fuit conceſſum,ꝙ illi qui à iure emphyteotico, uel li-
uellario eccleſiaſtico ceciderunt , propterea quia ca-
nones tēporibus debitis non ſoluerunt,uel inueſtitu
ras ſecundū formam conceſſionum non petierunt ,
grauari non poſſint niſi ad ſoluendū ſimplices pēſio
nes debitas, & ꝙ in ſua poſſeſſione conſeruētur. Sed
in caſu noſtro do. Petruſantonius propter aliud à iu-
re ſuo cecidit, uidelicet, quia fecit ꝯ pacta & cōuēta,
de quibus in inſtrumento conceſſionis ſibi factę, re-
linquendo domū perſonis prohibitis,ut ſupra, uel ſal
tē dicta domus dicitur ad eccleſiā deuoluta , atq; re-
uerſa propter lineā finitā,vt ex p̄dictis colligitur:quo
fit,ut hic caſus tanquā à dicto capitulo, ſeu breui apo
ſtolico omiſſus dicatur in diſpoſitione iuris commu
nis remanſiſſe, argumento l.cōmodiſſimè.ff.de libe.
& poſthu.nā ſub dicto capitulo,& breui ſolū illa dicū
tur cōprehenſa, q̃ per uerba expreſſa comprehendun
tur, & non alia, argumento l. quicquid aſtringendę.
ff.de uerb.oblig. Adde,ꝙ conceſſio facta per Papam
ſuper dictis bonis emphyteoticis, & liuellariis eccle-
ſiaſticis ex pluribus fuit ſubreptitia ſaltē reſpectu do-
mus conceſſę dicto do.Petroantonio, dato, ꝙ illa ēt
ſub dicta principis conceſſione cōprehendi poſſet,ut
ex deductis latè in proceſſu apparet , ergo quoad illā
domum nulla,& nullius momēti dici debet,per tex-
tū.cū ibi not.in c.ſuper literis.de reſcriptis.¶ Cōſide-
randū eſt etiam,ꝙ & ſi dicta cōcordia,& compoſitio
locū haberet ēt quoad bona dictæ eccleſię ſancti Ioā
nis Euangeliſtæ, tamen ex quo hęredes , & ſucceſſo-
res præfati domini Petriantonij inueſtituram , & re-
nouationē non petierunt infra annū à die, quo dicta
bona fuerunt eis delata , ipſo iure dicūtur omni iurę
ſuo priuati ex forma conceſſionis,& ex pacto,ſeu ca-
pitulo cōprehenſo in inſtrumento cōceſſionis factæ
per dictā eccleſiā dicto do. Petroantonio . Præterea,
13 ut aſſeritur, ut † præfati hæredes do.Petriantonij, qui
dictā domū tenere non poterant,niſi iure emphyteo
tico à dicta eccleſia,illā abſq; licentia,& requiſitione
domini directi, hoc eſt eccleſiæ alienauerūt, ergo ex
hoc dicuntur ab omni iure ſuo cecidiſſe , ut in c. po-
tuit.extra de loca.l.fi.C.de iure emphy. & ubique per
glo.& doct. & per Paul.Caſt.in cōſ.133. ¶ Vltimo ad
fauorē eccleſiæ S.Ioannis Euangeliſtæ conſiderandū
eſt,ꝙ præfata cōcordia,q̃ ad beneficiū ciuiū,& laico-
rū ciuitatis Rauennæ,& Comitatinorū, & diſtrictua-
lium eiuſdem facta fuit , cōtinere dicitur p̄iudicium
eccleſiarum,& prælatorū, à quibus laici res eccleſia-
ſticas in emphyteoſim cōducunt, reſpectu eorum, q̃
eccleſiæ res ſuas in emphyteoſim cōcedentes à iure
cōmuni habent, ut clarè ex pluribus in ipſa cōcordia
contentis colligi poteſt,& unicuiq; patere poteſt : &
14 ideò ex hoc infero, † ꝙ quoad ea, q̃ ad damnū eccle-
ſiarum tendunt,& ius ipſarum reſpiciunt, faciēda eſt
ſtricta interpretatio,tum quia ſumus in contractibus
ſtricti iuris,argumento d.l. quicquid aſtringendæ. ff.
de verb.oblig. tum quia ſumus in exorbitantibus, ar-
gumento c.quæ à iure.de regu.iur.in 6. & l.ſi uero. §.
de uiro.ibique Imol.ff.ſolu.matri.tum quia poſito,ꝙ
hæc concordia beneficiū ſęcularium cōtineat, tamē
ex quo illud cū aliquali p̄iudicio eccleſiarum conti-
net,facienda eſt in ea ſtricta interpretatio, argumēto
c.ſuper eo.cū ibi not.de offi.delega. Sciendum eſt ēt,
ꝙ præfata concordia dicitur facta , & locum habere
quoad bona cōſtituta in territorio, & diſtrictu Rauē
næ,ut in d.inſtrumento concordiæ. in uerſi.itē ꝙ be-
neficio dictæ concordiæ, & c.continetur. quibus ſtā-
15 tibus infero ad caſum noſtrū, † ꝙ cum dicta cōcordia
locū habeat, & dicatur facta quoad bona cōſtituta in
territorio,& diſtrictu Rauennæ,ea non habebit locū
quoad bona ſita,& conſtituta in ipſa ciuitate Rauen-
næ, quia in materia ſtricta appellatione diœceſis, ſeu
bonorum poſitorum in diœceſi, territorio , & diſtri-
ctu,non comprehenditur ciuitas, nec bona poſita in
ciuitate, argumento c.Rodulphus. de reſcrip.ubi Io.
16 de Imol.dicit, † ꝙ beneficiū, ſeu priuilegiū cōceſſum
reſpectu bonorum diœceſis non extenditur ad bona
in ciuitate poſita, qn̄ tale priuilegiū contineret odiū,
ſeu damnum aliquod alterius:ſed domus, de qua agi
tur,ſita eſt in ciuitate Rauennę, ergo ſub dicta cōcor
dia cōprehendi non dicetur . Appellatione enim di-
ſtrictus , ſeu territorii ſicut appellatione diœceſis , in
materia ſtricta non continetur ciuitas, ad tradita per
Feli.in d.c.Rodulphus.in uer.diſtrictus.in fi.uer.ac ēt.
in uer. territorio. Et hęc ad uictoriam dictę eccleſię
ſancti Ioannis Euangeliſtę ſufficiant . Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Ad emphyteoſim,ſeu feudū pro ſe,et filijs maſculis,et maſculis nō extātibus,pro fœminis conceſſū,fœminæ,quouſq; aliquis ex maſculis in inueſtitura comprehenſis ſupereſt,admitti non debent.*

Et quando, & quomodo hoc uerum ſit. num.4.

2 *Idem, quouſque aliquis de nominatis in inueſtitura nomine proprio ſupereſſet .*

3 *Collectiuo nomine comprehenſi non poſſunt , niſi extinctis omnibus nomine proprio nominatis, uenire.*

Et quando, & quomodo hoc procedat. num. 11.

5 *Feudum ſi fuerit à duobus collateralibus acceptum pro ſe, & filijs maſculis, & maſculis non extātibus,pro fœminis,decedēte uno ex illis ſuperſtite eius filia fœmina,ac extātibus alijs collateralibus maſculis inueſtitura cōprehenſis,filia fœmina ad partē eius, qui deceſſit, admittitur , excluſis alijs maſculis collateralibus.*

6 *Idem in emphyteoſi eccleſiaſtica .*

7 *Feudum ſui natura ad fœminas non pertinet .*

8 *Emphy-*

8 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura, & regulariter ita ad fœminas, ſicut ad maſculos eſt tranſitoria.*

9 *Emphyteoſim ſi quis ab eccleſia acquirat pro ſe, & nomine Titij abſentis, qui poſtea non reperitur illam acceptaſſe, emphyteoſis tota ipſi ſtipulanti acquiritur.*

10 *Et acceptatio, ſeu ratificatio poſt mortem ſtipulatoris facta Titio non prodeſt.*

12 *Renunciatio quando ad ius de futuro, & ad illud, propter quod is, qui renuciauit, poterat dici totaliter excluſus, extendatur.*

13 *Quid etiam ſi fuit in latiſſima forma iuratum non contrauenire.*

14 *Emphyteotica bona eccleſiaſtica inter ſe communia habentes ſi ea diuidant, & in forma latiſſima renuncient, nunquam cenſetur uoluiſſe renunciare iuri, quod ex inueſtitura habent, in caſu, quo alter ex eis ſine filiis decederet, & ſic pars illius deficeret.*

15 *Ex renunciatione etiam generaliſſima, & prægnanti facta ab uno emphyteota alteri coemphyteotę poſt mortem renunciantis nullum ius domino acquiri poteſt.*

16 *Nec hæredibus extraneis illius, cui fuit renunciatum, ſi ad eos emphyteoſis ſui natura ex inueſtitura tranſire non poſſet.*

17 *Verbum nullum in inſtrumento poſitum debet dici ſuperfluum.*

18 *Renũciatio generalis facta in diuiſione bonorum emphyteoticorũ non nocet renuncianti in caſu, quo is, cui fuit renunciatum, decederet ſine filiis in inueſtitura comprehenſis.*

19 *Quid ſi eſſet appoſita clauſula ad habendum, tenẽdum, & alienandum &c. & quando, & quem effectum hæc clauſula operetur.*

20 *Quid ſi eſſet adiecta clauſula, promiſſio de euictione.*

21 *Iuramentum generale de non contraueniendo recipit omnes qualitates, conditiones, & exceptiones in inſtrumento appoſitas.*

22 *Si duo habentes bona emphyteotica, & allodialia inter ſe communia diuidant, & alteri in partem obueniant bona emphyteotica, quæ poſtea ob eius obitum ſine filiis ex ui inueſtituræ ad alium reuertantur, non tenetur is tantundem de bonis allodialibus reſtituere.*

13 *Aequalitatis ratio inter habentes bona communia conſideratur ab initio tempore diuiſionis, & inæqulitas poſtea contingens non attenditur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSI eccleſiaſtica à duobus collateralibus accepta, & ſtipulata pro ſe, & filiis maſculis, & maſculis nõ extantibus pro fœminis, decedente uno cũ filia fœmina ſuperſtite alio collaterali, ſiue eius filio maſculo, filia fœmina ad partem patris prædefuncti admitti debet, aliis maſculis collateralibus excluſis.

Renũciatio in ampliſſima forma facta etiam cum iuramento in diuiſione bonorum ab emphyteota alteri coemphyteotæ, cui bona emphyteotica in partẽ obuenerunt, non excludit renunciantem in totum, quin adueniente caſu, quo is, cui fuit renunciatum, decederet ſine filiis, & hæredibus ad illa bona emphyteotica ex ui inueſtituræ, eiusq́; natura uocatis, admitti poſſit, & dicta bona conſequi, aliis hæredibus defuncti excluſis.

Neque in caſu, quo dicta bona emphyteotica conſequatur, & illa ad eum reuertantur, tenetur is tantundem de bonis allodialibus, quæ ſibi in diuiſione in partem obuenerunt, hæredibus illius, cui bona emphyteotica obuenerunt, reſtituere, nec relaxare.

CONSILIVM CVIII.

DILIGENTER inſpectis iis, in inſtrumento diuiſionis factæ inter Malateſtam ex una, & do. Camillam ex altera continentur, necnõ contentis in inſtrumento inueſtituræ factæ olim Cæſari de Malateſtis, & præſuppoſito in facto, quòd dictus Cæſar nullis liberis, ſeu deſcendentibus maſculis ſuis extantibus, ſed ſolum ſuperſtite domina Camilla eius unica filia deceſſerit, dubitari contingit. Primo, an ipſa domina Camilla poſt mortem Cæſaris ſui patris de iure ad bona emphyteotica ſit in totum admittenda, uel ſaltem pro illa parte, quæ Cæ-

ſari obuenit, aut conceſſa fuit. Secundo
ciatione, & pluribus aliis, quæ in dicto
ſtrumento continentur do. Camilla, quæ
ſtæ bona quidam emphyteotica inſolid
uit, dicatur à dictis bonis penitus excluſa
tranei hæredes, uidelicet mater, & ſor
præferãtur. Tertio in caſu, quo præfata do
dictis bonis emphyteoticis de iure hære
ſtæ præferenda eſſet, num ipſa ſaltem te
de bonis allodialibus, quæ illi in diuiſ
runt, hæredibus prædictis reſtituere, &
tum de bonis emphyteoticis Malateſtæ
1 ¶Quoad primum uidetur de iure dice
ex quo poſt mortem Cæſaris ſupereſt
ſculus, qui erat de comprehenſis in in
do. Camilla admitti non debuit, donec
taret. ut ĩ c. 1. §. ſimiliter. de capit. qui cu
quæ ibi uolũt gl. & ſcrib. c. 1. §. quin ẽt epi
c. 1. §. filia. de feudi ſucceſ. c. 1. ubi caſus n
2 ſibi, & hæredibus. † & hoc magis dicend
ipſe Malateſta fuerit nomine proprio in
uero Camilla dicatur in inueſtitura com
nomine collectiuo fœminis, quod dicitu
ctiuum plurium perſonarum, pluriumq;
quouſq; ergo aliquis ex nominatis nom
3 ſuperſit, non potuit do. Camilla admitti, q
ra nominis collectiui eſt, ut ſub eo compr
poſſint uenire, niſi omnibus nominatis
mine extinctis. l. fi. C. de verb. ſign. l. cum
cõmiſſo. ff. de lega. 2. & tradunt ſcriben. &
ſignis præceptor meus Bart. Soci. in l. ga
rectè. ff. de libe. & poſthu. ¶His tamen n
tibus contrarium eſſe uerius exiſtimo, p
in c. 1. de duobus fratribus. de nouo be
iuncto c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. cum
4 gatis. Refert enim, † an unus, & idem ſit
pro ſe, & filiis maſculis, & maſculis non
pro fęminis, & tunc quouſq; ex uno, & eo
pluribus, qui in feudo ſucceſſerunt, ſup
deſcendẽs maſculus, fęmina nunquam a
ſed omnibus maſculis deficientibus pot
uenire. d. c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. cum
5 dantibus. † an uerò fuerint duo collatera
dum acceperint pro ſe, & filiis maſculis,
non extantibus, pro fęminis, & tunc ſi un
ceſſerit, filia fęmina ſuperſtite, ac ẽt fratr
lius filio maſculo extantibus, ad partem il
ceſſit, eius filia admittitur, excluſis aliis ma
lateralibus, qm̃ in dubio unuſquiſque ſem
uoluiſſe prius acquirere ſuis hęredibus ſiue
ſiue fęminis, quamuis collateralibus, ut in
duobus fratribus. ibiq́; ſcriben. & hic eſt caſu
ſi rectè animaduertatur. ¶Secundo licet in
feudali qñ feudum receptum eſt pro ſe, & fi
lis, & fęminis, intelligatur cõceſſum prius
6 deinde fęminis, ut ſupra, tñ † ſecus dicend
emphyteoſi eccleſiaſtica, ut decedente ali
linea, ſola fęmina ſuperſtite, illa admitta
maſculis alterius lineę, arg. d. c. 1. de duob
7 ibiq́; ſcriben. & ratio diuerſitatis eſt, qu
ſui natura ad fęminas non pertinet. c. 1. de
& not. per glo. in d. c. 1. §. ſimiliter. & c. 1. de
8 fratr. ſed † emphyteoſis eccleſiaſtica ſui na
gulariter etiam ad fęminas, ſicut ad maſcu
ſitoria, ut in §. emphyteoſim. in auth. de no
permut. rebus. & hanc eſſe communem op
atteſtor, ſi doctores pondere, numero, &
connumerentur, ut pleniſſimè demonſtra
titione c. in præſentia. extra de proba. & h
Alex. in apoſtil. & in lectura in d. l. gallus. §

rectè. ¶Præterea † eſt animaduertendũ, ꝙ conceſſio
facta Cæſari pro ſe, & noĩe Malateſtæ abſentis ſui ex
fratre nepotis fuit noua cõceſſio, cũ rõne caducitatis
proqua fuit iudicatũ, prima, ſi qua fuerat, finita dice-
retur, & ideò ſumus in caſu qõnis, quã mouet Bart. in
l. ſi mihi, & titio. ff. de verb. oblig. ſecũdũ cuius diſtin-
ctionẽ debet ĩtelligi id, quod ipſe uoluit in l. q uſum-
fructũ. ff. de vſufr. leg. & ĩ l. fundũ mihi. ff. de act. emp.
vbi ſi quis emphyteoſim ab eccleſia acqſiuit pro ſe, &
noĩe Titij abſentis, qui illã acceptaſſe non reperitur,
emphyteoſis tunc ipſi ſtipulanti tota integraliter ac-
quiri cẽſetur, in quo finieĩ eo modo, quo pro parte in
perſona adiecti finiri deberet, ut ibi. Sed non apparet
Malateſtã acceptaſſe dictã emphyteoſim noĩe ſuo ac
quiſitã ante mortẽ dicti Cæſaris ſtipulatoris, ergo to-
ta fuit Cæſari acquiſita, & † quãuis poſt mortẽ Cæſa-
ris ex aliquo actu poſſet dici tacitè à dicto Malateſta
ratificata. arg. l. paulus. ff. rem rat. hab. tñ ex quo dice-
retur ratificata poſt mortẽ Cæſaris, cẽſereĩ ratificata
re nõ integra, cũ amplius Malateſtæ acqri nõ poſſet,
arg. l. bonorũ. ff. rem ra. hab. Ex qbus infertur, ꝙ tota
emphyteoſis, quæ in totũ fuit Cæſari acqſita, debeaĩ,
& acqſita cenſeatur in totũ ipſi D. Camillæ in inueſti
tura cõprehẽſę. ¶Non obſtat motiuũ de uocatis ſub
noĩe collectiuo, qa † illud procedit, qñ plures partim
noĩe ꝓprio, & partim noĩe collectiuo eſſent ad ean-
dem rem, ſeu portionẽ uocati, ut in d. l. fi. in d. §. in fi-
deicõmiſ. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Secus ſi duo eſ
ſent uocati noĩe proprio ad diuerſas portiones, & ad
eaſdẽ illorũ filij, ſeu filiæ, qñ altero ex nominatis no-
mine ꝓprio decedẽte, alius noĩe proprio noĩatus ad
illius partẽ nõ admittitur, ſed admittuntur filij, ſeu fi-
liç decedẽtis, nã qlibet noĩatus reſpectu ſuç partis po
tius cẽſetur uoluiſſe filijs, ſeu filiabus ſuis prouidere,
q̃ alteri noĩe proprio nominato. arg. tex. not. in d. c. 1.
de duo. frat. à capi. inueſti. vbi caſus, & faciunt ea, quæ
habẽtur per Alex. in d. l. gallus. §. etiã ſi à parente. col.
vlt. ¶Quoad ſecundã difficultatẽ, quç magna dubita
tione nõ caret ob diuerſas ſcribẽtiũ ſentẽtias, de qui-
bus per Bar. Alex. & alios in l. qui romç. §. duo fratres.
maximè in 8. & 10. q. ff. de verb. ob. primo aſpectu vr̃,
ꝙ D. Camilla, cui bona allodialia fuerunt aſſignata,
& quæ in diuiſione domũ emphyteoticam, & bona
alia ſimilia aſſignauit, renũciando oĩbus iuribus, q̃ in
dictis bonis emphyteoticis habebat, & habere ſpera-
bat, & poterat tàm de præſenti, quàm in futurũ quo-
modocũq; cum ceſſione iurium in latiſſima forma,
& cum clauſula ad habendũ, tenẽdum, poſſidẽdum,
alienãdum &c. & cũ ſpeciali promiſſione de euictio-
ne facta Malateſtç, & illius hæredibus in quocunque
caſu, quo aliqua rõne, uel cauſa etiã occaſione iuris
accreſcendi, quod ſpecialiter dicta D. Camilla in di-
ctis bonis emphyteoticis habebat, & in futurũ hr̃e po
terat, & cũ alijs verbis multum p̃gnãtibus, ut in inſtru
mẽto diuiſionis apparet, ipſa totaliter dicatur exclu-
ſa ab omni iure ſuo, quod in dictis bonis emphyteo-
ticis habebat, & habere poterat, adeò ꝙ ſequuto mor
te dicti Malateſtæ ipſa nullũ ad dicta bona acceſſum,
ſeu regreſſum habeat rõne alicuius iuris accreſcẽdi,
aut pacti, ſeu ꝓuiſionis, uel ſucceſſionis, aut capionis
cauſa mortis iuxta ea, quæ habẽtur per Bart. & latius
per Alex. & alios in d. l. ſi mihi, & titio. ff. de verb. obl.
oĩbus. n. his iuribus D. Camilla ſufficiẽter renũciauit:
qa & ſi per diuiſionẽ, & renũciationẽ factã inter illos,
qui hñt bona cõia alicui reſtitutioni cõditionali ſu-
biecta etiã cũ uerbis gñalibus iuri, ſeu reſtitutioni de
futuro nõ dicatur renunciatũ, per Bar. in d. §. duo fra-
tres. q. 1. cũ ſequẽtibus. tñ † qñ renunciatio ipſa facta
eſſet per clauſulas, & uerba multũ prægnãtes, & præ-
gnãtia, quç extẽdi poſſent ad iura etiã de futuro, & ad
cogitata, & nõ cogitata, & ſpecialiter ẽt ad ius illud,
ꝓpter quod ille, q renũciauit, poterat dici totaliter ex
cluſus, tunc ꝑ hmõi diuiſionẽ, & renũciationẽ ſic prç
gnãter factã dẽt dici penitus ĩ quocũq; caſu excluſus,
& priuatus, vt colligiĩ ex ijs, q̃ voluit Io. And. in addi.
ad Spec. in tit. de teſta. §. in primis. in verſi. qd ſi duo-
bus, & ſeqtur, ſicq́; declarat Alex. in d. §. duo fratres.
col. 15. ver. aduerte tñ. Sed in caſu occurrẽti dña Ca-
milla aſſignãdo dicta bona emphyteotica renuncia-
uit, & de nõ contraueniẽdo promiſit per clauſulas, &
per uerba pinguiſſima, & p̃gnãtiſſima adeò, ꝙ vltra il
la uerba nihil addi potuiſſet ad effectũ ipſam D. Ca-
millam excludẽdi, ergo &c. ¶Secũdo ꝯſiderandum
13 eſt, † ꝙ præfata D. Camilla vltra verba generalia, ſpe-
cialia, & indiuidua, quibus renunciauit, & nõ contra-
uenire promiſit, iurauit etiã ſingulariter, & diuiſim
nulla via, nulloq́; modo pro aliquo iure &c. in latiſſi-
ma forma ſtare diuiſiõi, & nullo modo ꝯ̃uenire, nec
moleſtare dictũ Malateſtã, nec hæredes ſuos; qđ iura
mentũ operatur, ut dicatur iuri de futuro renũciatũ,
etiã ſi aliàs ꝑ verba gñalia, & clauſulas multũ p̃gnan-
tes nõ diceret renunciatũ, qa facit actũ valere omni
meliori mõ, quo de iure fieri poſſet, ut in l. cũ pater. §.
filius matrẽ. ff. de leg. 2. Bar. in l. ſi qs pro eo. in 7. mẽb.
ff. de fideiuſ. quia iurãdo non ꝯ̃uenire, & maximè ſub
forma, de qua in dicto inſtrumẽto diuiſionis, & poſt
promiſſionẽ de nõ ꝯ̃ueniendo, & renunciationẽ fa-
ctam per verba prægnantiſſima, vr̃ cogitaſſe non ſo-
lum in genere, ſed etiam in ſpecie de omni remedio,
per quod quocunq; modo, & quacũq; rõne ꝯ̃uenire
poſſet, vt not. & latiſſimè declarat Alex. auctoritate,
& iuribus cõfirmando in d. §. duo fratres. col. 40. ver.
adde, ꝙ Bal. nõ obſtãtibus ijs, quç ibi voluit in 18. col.
quia loquitur ibi, qñ renunciatio, ſeu ꝓmiſſio de non
ꝯ̃ueniẽdo facta eſſet per verba ſimplicia, & generalia,
non aũt prægnãtia, atq; ſpecifica. ¶ His tñ, & alijs, quç
in occurrẽti caſu adduci poſſent, nõ refragãtibus, cõ-
trariũ eſſe verius cenſeo, ꝙ ipſa D. Camilla ad domũ,
& alia bona emphyteotica, quæ in partẽ dicto Mala-
teſtæ obuenerũt, virtute ꝯceſſionis, & ĩueſtituræ, ſub
qua dr̃ cõprehenſa, ſit poſt mortẽ dicti Malateſtæ ad-
mittenda, excluſis penitus hæredibus extraneis, hoc
14 eſt matre, & ſorore ipſius Malateſtæ, in primis † quia
regulariter habentes bona emphyteotica eccleſiaſti-
ca inter ſe cõia, illa diuidẽdo, & renunciãdo in forma
latiſſima, nunquã cenſentur voluiſſe renũciare iuri,
quod ex inueſtitura habẽt in caſu, quo alter ex eis ſine
filijs decederet, & cõſequẽter pars alterius deficeret,
ut voluit Fede. de Sen. in conſ. 77. factũ ſic ſe hẽt, & in
conſ. 228. factum tale eſt, Bar. in conſi. 58. ex themate
p̃dicto tria, & in d. §. duo fratres. in x. q. & ibi Alex. ſeq
tur, & reſpõdet aliqbus, q̃ Paul. de Ca. & alij, in ꝯ̃rium
adducebãt, & Rom. in l. vnica. 12. q. C. quan. non pet.
15 par. Præterea † ex ꝓmiſſione, & renũciatione etiã ge-
neraliſſima, & p̃gnãti nõ potuit poſt mortẽ renũcian
tis ipſi ecclíæ dñç aliqd acqri ĩ parte, vel ĩ tota re em-
phyteotica, qa res inter alios acta alijs nõ ꝓdeſt, ſicuti
etiã non nocet, in rubro, & nigro. C. res int. al. act. l. ſi
vnus. §. ante oĩa. ff. de pac. ac etiã, qa exceptio, ſeu ius
acqſitũ ipſi Malateſtç ex renũciatiõe ſibi facta nõ dẽt
16 ſuo auctori ꝓdeſſe. l. ſi à te. §. fi. ff. de excep. rei iu. † Nec
hæredibus Malateſtæ potuit ius aliquod ĩ dictis rebus
emphyteoticis acqri, etiã quod de illis in inſtrumẽto
diuiſionis expreſſa mẽtio facta fuerit, qñ cũ cõceſſio
ſeu inueſtitura de dictis rebus facta ſui natura ad hæ-
redes extraneos trãſire nõ poſſit, ꝓpterea qa facta fuit
ſolũ pro ipſo Cæſare, & Malateſta, eorũq́; filijs, & filia
bus, nulla de hæredibus mẽtione facta, ſequitur, ꝙ ad
hæredes extraneos, hoc eſt ad matrẽ, & ſororẽ Mala-
teſtæ nullo mõ tranſire potuit, quãuis partes ipſç cõ-

trahētes uoluiſſent, nam ſic alienare dicerētur, ut in
§.emphyteoſim.in authen.de non alien.aut permut.
rebus. & eſt cōmunis oīum ſententia ad tradita per
Alex.in l.etiā.ff.ſol.matr.in.l.quod dicit̄. ibiq; Imol.
ff.de uerb.oblig.& in l.patroni.ff.ad trebel.& per ſcri
ben.oēs in c.in præſentia, ubi ego latè diſcuſſi, extra
de proba.Alex.& alij in l.gallus.§.quidam rectè,& in
§.etiam ſi à parente.ff.de lib.& poſth.ex quibus infer-
tur, ꝙ ſi per renunciationē à dicta domina Camilla,
ut ſupra, factam, nec eccleſiæ, nec hæredibus dominę
Camillæ ius aliquod fuit acquiſitum, ergo omne, &
quodcunq; ius in dictis bonis poſt mortē Malateſtæ
penes dominā Camillam renunciantem remanſit, ut
inquit Bart.in d.§.duo fratres.in 10.q.& in conſil.58.
per tex.in l.nec vtilem.ff.ex quib. cau.maio. ¶Poſtre
mo pro domina Camilla facit, quia & ſi per renuncia
tionē, & promiſſionē de non contraueniendo in am
pliſſima, & pręgnāti forma factā, alio nō ſubſequuto,
poſſet dici do.Camillæ præiudicatū, ut nullum am-
plius regreſſum ad bona emphyteotica Malateſtę aſ-
ſignata habere poſſit per p̄dicta, poſt Bar.& alios, in d.
§.duo fratres.cū ſimil.tn̄ ex quo à dicta generali renū
ciatione ipſa excepit caſum, in quo cōtingeret, ꝙ ex
defectu ſucceſſorū, & lineæ dicti Malateſtæ, & ꝓmiſ-
ſionis non factæ dicta bona emphyteotica ad eccle-
ſiam reuerterentur, tunc dicta renunciatio nō debe-
ret ipſi do.Camillę nocere, immò pro nō facta, & nul
la haberetur, & per mortē Malateſtæ ſine filijs, & de-
ſcendentibus defuncti in caſu, quo Camilla penitus
per ſuā renunciationē diceretur excluſa, dicta bona
ad eccleſiā reuerti deberent, ideò ſequitur, ꝙ per hu-
iuſmodi renunciationē iuri accreſcendi, uel melius
iuri ſuccedendi dictæ do.Camillæ ex inſtrumēto cō-
petenti non dicitur præiudicatum, neq; derogatum.
Quòd autem per mortem Malateſtæ ſine filijs, & de-
ſcendentibus defuncti caſus dictæ exceptionis euene
rit, clarè oſtenditur, nam ſi ex hac generali renuncia-
tione diceretur Camillæ præiudicatum, ſequuta mor
te dicti Malateſtæ ſine linea deſcendētiū, certè dicta
bona ad hæredes extraneos ipſius peruenire non poſ
ſent, quia illorū ſunt incapaces, nec ad eius filios, ſeu
filias, qui, & quæ capaces fuiſſent, per Bart.& alios in
d.l.gallus.§.quidā rectè.propter eorum defectū: ergo
ad ipſam eccleſiam reuerſa dicerentur, & propterea
ſumus in caſu, quo dicta exceptio locū habet, alioqn
ſequeretur, ꝙ omnia illa uerba poſita in dicta exce-
ptione eſſent fruſtratoria, & nullius effectus, cum in
17 nullo alio caſu uerificari poſſint, † quod minimè dicē
dum eſt.arg.l.ſi qn̄.in princ.C.de inoff. teſta. & in.l.ſi
qn̄.ff.de leg.1.cum nullum verbū in inſtrumēto poſi
tum debeat dici ſuperfluum, per Bal.in rub.C.de con
trahen.emp.in 9.q. ¶Non obſtant ea, q̄ ſupra in con-
trariū conſiderata fuerunt, & in primis, ꝙ per illam
clauſulam generalem factā per verba multū prægnā-
tia do.Camilla debet dici totaliter excluſa, qa ex pro-
ximè dictis reſponſio colligitur, tum qa ab illa gene-
rali renūciatione dicitur in fauorē do. Camillæ facta
exceptio in caſu, qui euenit, tum qa dicta generalis re
nunciatio nocere ſolet in ijs caſibus, in qbus pōt ali-
quem effectū ſortiri, ut in fideicōmiſſis, alijsq; rebus
ſimilibus, q̄ ſui natura ad oēs hæredes etiā extraneos
trāſire poſſunt, & ita ꝓpriè loqtur Ioan.And.in d.ad-
18 ditione, & Alex.& alij, de qbus ſupra. Sed † ī rebus em
phyteoticis eccleſiæ, q̄ ad extraneos trāſire nequeūt,
dicta generalis renunciatio in diuiſione facta nō pōt
effectū ſortiri eueniēte caſu, quo ille, cui fuit renūcia
tū, ſine filijs uocatis decederet, cū huiuſmodi bona
ad eccleſiā reuerti non poſſint, ut ſupra dictū eſt, nec
ad hæredes extraneos Malateſtę, cui fuit renunciatū,
trāſire ualeant, quia natura dictæ emphyteoſis repu-

gnat, ut ſupra, ergo talis renūciatio gene[...]
gnāter facta non pōt effectū operari, niſi [...]
cui fuit renūciatū, & in caſu noſtro ipſi Ma[...]
eſt de mēte Bar.in d.10.q.& aliorū, qui [...]
tur, uolētes ſimpliciter, ꝙ renūciatio facta [...]
ne bonorū emphyteoticorū renūciāti nō [...]
19 terea † illa clauſula ad habēdū, tenēdū, & [...]
per quā ſolet renunciāti p̄iudicari, nulli [...]
ctū, niſi in caſu, quo facta diuiſione bona [...]
nata alicui extraneo fuiſſent, & nō aliàs, [...]
§.duo f̄res. in 8.q.ibiq; Alex. & alij. Sed [...]
alienatio ſequuta, ergo &c. Rurſus illa c[...]
bendū &c.in rebus emphyteoticis, & illa [...]
nō pōt effectū aliquē operari, nec hr̄e, na[...]
in his diuiſionibus effectū operetur, in q[...]
tio extraneis facta eſſet, ſeqtur, ꝙ in diui[...]
rum emphyteoticorū nō operabitur effe[...]
redes extraneos tranſire poſſint, qa hoc e[...]
turā emphyteoſis eccleſiaſticæ p ſupradi[...]
20 mō † reſponderi pōt clauſulæ de euictione [...]
uiſionis inſtrumēto appoſitæ, primo, ꝙ pe[...]
nē factā ab illa renūciatione gn̄ali caſus no[...]
tigit, cenſeatur exceptus, ut ſupra. Secūdo, [...]
miſſionē de euictione do.Camilla nō dr̄ [...]
lo iure, quod ſibi obuenire poterat ſub con[...]
delicet poſt mortē Malateſtæ in caſu, quo [...]
& filiabus decederet, per ea, quę uolunt do[...]
d.§.duo fratres.& maximè Alex.ibi in 23.co[...]
uerte in hoc, ac etiā in præcedēti col. ¶No[...]
21 id, quod de iuramēto dictū fuit, qa † iura[...]
nerale de nō ꝯtraueniēdo recipit oēs qua[...]
ditiones, & exceptiones, quæ fuerunt in in[...]
appoſitæ.arg.l.fi.C.de non num.pe.Imo [...]
tingat.de iureiur.Bar.in l.vbi lex, & in l.[...]
ff.de fideiuſ.& in materia diuiſionis ho[...]
in conſi.incip.noīe Vānes.quod conſili[...]
in d.§.duo fratres.col.18.uerſ.habeo eti[...]
culo. Præterea cū ab illa generali renunci[...]
per do.Camillā caſus nr̄ occurrēs fuerit [...]
ſupra, ſequitur, ꝙ iuramētum poſtea gene[...]
ſtitum quoad omnia, & ſingula in dicto di[...]
ſtrumēto contēta debet præciſe ſeruari eti[...]
ſum exceptum, qa ille caſus exceptus dici[...]
mento cōprehēſus.arg.eorū, quæ habētur [...]
in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.[...]
¶Quo uerò ad tertiū, & ultimū dubiū [...]
cēdum ipſam do. Camillā teneri tantun[...]
allodialibus ſibi in partē obuentis hæredi[...]
ſtæ reſtituere, & hoc ex ijs, quæ inter ipſos [...]
tes expreſsè conuēta fuerunt, ut in dicto di[...]
ſtrumēto hr̄ in uer.hoc acto inter dictas par[...]
ait prætor, pacta ſeruabo, iuribus vulgarib.[...]
hoc idē ſuadet ratio æqualitatis conſeruād[...]
bētes bona cōmunia.l.fi.C.cōmunia utriu[...]
22 Bal.in auth.ex teſtamēto.col.1.C.de colla.[...]
his terminis contrariū eſt uerius, primo pe[...]
Bal.in l.ſi familiæ.C.famil.erciſ.vbi huius [...]
ſionē ponit, ꝙ ſi duo habētes bona cōia em[...]
ca, & allodialia, illa inter ſe diuiſerint, & v[...]
emphyteotica, alteri uerò ſolū bona allodi[...]
aſſignata, atq; contigerit, ꝙ is, cui bona em[...]
ca data fuerunt, deceſſit ſine filijs, quo ca[...]
ad eccleſiā reuerſa uidebant̄, ſed uerius ad [...]
qui erat de cōprehenſis in inueſtitura per [...]
utrū hæredes extranei ipſius morientis ſin[...]
ſint petere partē de bonis allodialibus, q ad [...]
uentē peruenerunt, Bal.ibi in fin.ver.dete[...]
non, qa ille, cui fuerunt aſſignata, iure op[...]
uiſione dicta bona poſſidet, & ideò nec ui[...]
peti poſſunt. Secūdo hoc expreſsè fuit inter [...]

tes conuētū, quę poſtq̃ cōuenerūt in d. uerſ. hoc acto. q̃ ſi aliquo caſu cōtingeret D. Camillā, aut eius filios uelle petere partē bonorū emphyteoticorum ab ipſo Malateſta, tunc Malateſta uel eius hæredes poſſint, & debeant partē allodialiū hr̄e, in ꝯtinēti exceperūt caſum, qn̄ eueniret caſus, in quo ꝑ mortē Malateſtæ bona ad eccleſiā peruenire deberēt, ut q̃a ille ſine filijs decederet. Fruſtra igit̄ dubitat̄, cū caſus ab ipſis ꝯhentibus deciſus fuerit. Nec refragatur, q̃ caſus exceptus cēſeat̄ alius, & diuerſus à caſu, qui euenit, nā fuit exceptus caſus, qn̄ bona emphyteotica ad eccleſiā ꝑꝑ defectū lineę peruenirēt, & reuerterētur, ut ibi in quē in dictis bonis eccleſia ſuccederet &c. ĩ caſu aūt nr̄o bona nō dn̄r ad eccleſiā reuerſa, ſed ex natura ĩueſtituræ ad D. Camillā ſpectare debēt, ut dictū fuit, & ē de mēte Bal. in d. l. ſi familiæ. ergo prima diſpoſitio remanere vr̄, q̃a r̄ndetur, q̃ dū in d. uerſi. excepto eo caſu &c. dr̄, in quē eccleſia in dictis bonis ſuccederet, illa uerba debēt hoc mō intelligi, uidelicet, in quē eccleſia ꝑꝑ defectū lineæ uideret̄ ſuccedere, qm̄ cū exceptio illa loquat̄ ĩ caſu, quo etiā D. Camilla ſupereſſe poſſet, certè eccleſia ꝑꝑ defectū lineæ ipſius Malateſtę in dictis bonis ſuccedere nō poterat, cū ea iure accreſcendi, uel ex pacto, aut ꝓuiſiōe p̄ſati Cæſaris ad D. Camillā peruenire deberēt, ut ſ̄. dictū fuit, & in his terminis ꝓpriè ſimili mō loquēdi utit̄ Bald. in d. l. ſi familiæ. in uerſ. ſed iuxta p̄dicta q̃ritur ibi, & ſic res eſt reuerſa ad dn̄m, & tn̄ Bal. ibi uoluit, q̃ portio decidētis cū filia, q̃ ab emphyteoſi erat excluſa, ad aliū coemphyteotā ſuperuiuentem ex iure accreſcēdi, uel pacto ſpectaret abſq; eo, q̃d partē aliquā de allodialibus filię p̄mortui aſſignare deberet, ut ibi, & in fi. verb. Nec obſtat ratio
23 æqualitatis ꝯſeruādæ, q̃a r̄ndeo, † q̃ ſufficit ab initio æqualitatē fuiſſe ſeruatā, ſeu ꝑtes diuidēdo dixiſſe, ſe ęquales partes habuiſſe, nā ſi ex caſu de nouo ꝯtingēti inęqualitas accideret, certè illa nō dēt eſſe in ꝯſideratione, ut colligit̄ ex uerbis Bal. in caſu q̃ōnis nr̄æ, in d. l. ſi familiæ. Et hæc pro ueritate dubiorū in pręſenti conſultatione propoſitorum ſufficiant. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Emphyteoſis ſi propter canonē non ſolutum, & pacta non ſeruata ad eccleſiam, & dominum deuoluatur, & eidem, vel filijs, aut alteri concedatur, emphyteoſis dicitur noua, & nō antiqua.*
Idem eſt in feudo, quo quis fuit ipſo iure priuatus, nu. 3. quod declaratur, nu. 27. vſq; ad num. 29.
2 *Emphyteoſis in perſona unius finita, dicitur in perſona alterius de nouo conceſſa.*
4 *Emphyteoſis ſi de nouo duobus fratribus pro ſe, & filijs concedatur, & contingat alterum, uel illius filios ſine filijs, & liberis decedere, pars illius alteri fratri, uel aliquibus ex eius linea non acquiritur, ſed ad eccleſiam dominam reuertitur, quæ de illa liberè diſponere, & eam, cui vult, dare poteſt.*
5 *Inueſtitura, & emphyteoſis noua dicitur, quando noua forma, nouæq; clauſulæ fuerunt in ea appoſitæ, & ab alio, ac diuerſo domino conceſſa fuit.*
6 *Emphyteota, ſeu vaſallus accipiens de eiſdem bonis inueſtituram ab alio diuerſo domino, tacitè renunciat omnibus iuribus ſibi ex priori inueſtitura competentibus.*
7 *Omneq; ius ſuum amittit, & ſi iterum de eiſdem bonis ſe inueſtiri patiatur, maximè à diuerſo domino, emphyteoſis, ſeu feudum dicuntur noua, & de illis, ut de nouis iudicatur. Maximè ſi ſecundo, à quo fuerunt inueſtiti, canonem annuum continuè ſoluerunt, nu. 9. & limitatur nu. 30.*
8 *Inter plures collaterales ſimul de eadem re inueſtitos ceſſat ius accreſcendi, ſeu ſucceſſionis ex prouidentia, quando emphyteoſis, ſeu feudum ſunt noua.*
Et in dubio quoad hunc effectum noua iudicantur.
10 *Dominus directus permittēs, et cōſentiēs emphyteotā ſuū ab alio domino inueſtiri ſibi quoad iura emphyteotica etiā quo ad illorū quaſi poſſeſſionem præiudicaſſe, illiſq; renunciaſſe cenſetur.*
11 *Ius emphyteoticum contra dominum, & eccleſiam alius dominus, & eccleſia etiam abſq; titulo præſcribit, quando ſcientibus, patientibus, & non contradicentibus domino, uel eccleſia, & emphyteotis per annos triginta, quadraginta, quinquaginta, et vltra continuè fuit in poſſeſſione, uel quaſi iurium emphyteoticorum, & iuris exigendi canonem ab ipſis emphyteotis.*
12 *Titulus ad præſcribendum in iuribus incorporalibus non requiritur, ſed ſola bona fides ſufficit. Secus eſt in rebus corporalibus.*
13 *Bona fides in dubio præſumitur, præſertim quando poſſeſſio fuit diuturna.*
14 *Emphyteoſis quando ad utilitatem ſucceſſorum fuit renouata, attenditur generatio ſucceſſorum generatorum, non autem priorum, & antiquorum.*
15 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus, & vſq; in tertiā ipſius ſtipulatoris generationem finitam pronepotes quoq; comprehendit, & num. 18.*
16 *Dictio vſque quando ſtet incluſiuè, & nu. 19.*
17 *Nepotis appellatio quandoq; pronepotem comprehendit.*
20 *Inter deſcēdētes à primo ſtipite, qui ſolus fuit ĩ emphyteoſi, uel feudo inueſtitus, ſi et ipſi inueſtitura cōprehēſi ſint, locus eſt iuri accreſcendi, ut ad portiones decedentiū ſine liberis admittantur.*
21 *Multo magis, ſi pacto in inueſtitura expreſſo conuentū eſſet, quòd deficiente uno, uel pluribus ex deſcendentibus à dicto primo ſtipite portio illorum cæteris ſuperuiuentibus accreſceret.*
22 *In emphyteoſi, ſeu feudo ex cauſa oneroſa conceſſis, & dato certo pretio pro inueſtitura habenda, inter plures inueſtitos locus eſt iuri accreſcendi.*
23 *Idem, ſi inueſtitura, ſeu conceſſio pluribus inſolidum facta eſſet.*
24 *Emphyteoſis paterna ex aliqua cauſa finita, & reuerſa ad dominum, qui illico poſtea eam duobus de linea paterna de nouo conceſſit, etiam quoad ius accreſcendi tanquam antiqua, & paterna eſt rægulanda, & illius naturam retinet.*
Et quando hoc verum ſit, num. 25.
26 *Feudum antiquum, & emphyteoſis antiqua non deſinunt eſſe antiqua, nec antiquorū naturā habere propter felloniā, aut aliud contra dominum cōmiſſum, niſi domini declaratione ſequuta.*
27 *Et quando etiam declaratione ſequuta adhuc antiqua, uel antiquorum naturam retinere dicerentur.*
28 *Mandatū nunquā ex diuturnitate longiſſimi tēporis præſumitur.*
29 *Nec ex verbis notarij ad præiudicium abſentium probatur.*
30 *In emphyteoſi ſi quis vltra primum recipientem de comprehenſis in ĩueſtitura aliquid faciat, ꝑꝑ quod iuri emphyteoſis præiudicetur, ſibi ſoli, et non alijs in inueſtitura cōprehenſis præiudicat.*
31 *Prælatus eccleſiæ in iam quæſitis non præiudicat.*

EPITOME.

Emphyteosis ab una eccleſia conceſſa Titio pro ſe, filijs, & nepotibus, & uſq; in ipſius Titij tertiam generationem finitam, cum pacto expreſſo, q̃ deficiente uno, uel pluribus ex liberis, & deſcendentibus Titij, portio illorum cæteris ſuperuiuentibus. accreſcat, pronepotes quoq; comprehendit.

Et ſi filij deſcendētes ipſius Titij finita emphyteoſi ob pacta nō ſeruata ab eadē eccleſia ſpontè, & illico nulla eccleſię ſequuta ſuper cōmiſſis declaratione, nec incorporatione fuerint, de nouo de eadē emphyteoſi etiā cū eodē pacto p̄dicto iuris accreſcendi inueſtiti, & deinde ꝯſentiēte, & ꝑmittēte dicta eccleſia fecerint ſe ab alia eccleſia de eadē re abſq; p̄dicto pacto ĩueſtiri, & his pactis alter ipſorū ſine filijs deceſſerit, ꝓnepotes dicti Titij, & alteri⁹ ſcđo loco à priori eccleſia inueſtiti ſupſtites ad emphyteoſim p̄defuncti ſine filijs ex iure accreſcēdi, nō obſtāte vltima inueſtitura p̄dicta, admittendos eſſe, neq; alium ab eccleſia in ipſorū pręiudiciū inueſtiri potuiſſe, hic demōſtratur.

CONSILIVM CIX.

VIsis inueſtituris ab Abbate ſancti Laurentij, & ſucceſſiuè à R. Cōmēdatario ſanctæ Crucis comitibus Caſtri veteris diuerſis tēporibus factis, uiſoq; doctiſſimo conſilio